

in Zijon fore perpetuū. *Ibi*, inquit, *florere*: id est, propagari *faciam*, per successiones videlicet filiorū, *cornu*: id est, regnū Davidis. *Parabo lucernā Christo meo*: hoc est, Curabo, vt nō deficiat lucerna: id est, superstes, hæres ac successor Christo meo, Dauidi videlicet. Inimicos eius induam confusione. Quid. Si quis hanc regni successione postteris Dauidis adimere voluerit, sic eum contemptum reddā & confusum, vt non solum nihil efficiat, sed & summo dedecore, quasi veste quadam adobrutus & confusus discedat. *Et super ipso*: id est, Dauidē, *forebit diadema eius*, gloria videlicet regni eius in posteris eius propagabitur ac prosperabitur. Quoniam autem pro hac regni Dauidis propagatione orauerat Salomon, rectē referuntur ista in eo responso Dei, quo orationem eius exauditam esse significabatur. Quod autem *cornu* pro regni robore ponatur, etiam alijs locis videre licet: vt in cantico Zachariæ, Lucæ 1: *Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui*. Et illud: *Parabo lucernam Christo meo*: consimiles alios locos habet, vt 2. Paral. 21. Noluit Dominus disperdere domum Dauidis, propter pactum, quod inierat cum eo: quia promiserat, vt daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore, vide etiam 1 Reg. 11. & 15.

OBSER.
Vers. 13. &
14.

Quoniam elegit Dominus Zijon De eo quod Dominus montem Zijon elegit, vide quid notandum sit, super Psalmum 78. ibi: *Et elegit tribum Iudah, & montem Zijon, quem dilexit.*

Hæc requies mea. Vide supra versu 8.

OBSER.
Vers. 15. 16.
17. & 18.

Annonam eius benedicendo benedicam. Obseruemus hisce quatuor versibus, quæ sit prosperitas eius populi, qui diuina potitur beneuolentia. Primum, annona eius vbertim suppeditatur, agri, horti, oliueta, vineæ, magna fertilitate fructificant, sic vt & pauperes in eo populo pane saturentur. Deinde, ordo sacerdotum ac ministrorum Ecclesiæ iustitia & salute induitur, qua & seruentur, & ministerio suo rectē incumbant. Tertio, populus piorum, *יְהוָה יְרֵמֶה* diuinæ benignitatis participes, exhilarantur, sensu videlicet diuinæ bonitatis imbuti. Quarto, caput regni rex, princeps, magistratus, prosperè agit, & subditis feliciter imperat. Quinto, inimici retunduntur, & repressi confunduntur. Sic in populo Dei, sub gratia & protectione Dei constituto, omnia & corporaliter & spiritualiter prosperè habent.

Pauperes eius saturabo pane. Obserua, quod specialiter *pauperum* meminit: & non simpliciter *pauperū*, sed *pauperum Zijonis*. *Pauperes eius*, inquit. Ergo sunt & in populo Dei pauperes. *Pauperes*, ait ad suos Christus, semper vobiscum habebitis. Deinde, & ad *Zijon*: id est, populum Dei, pertinent pauperes. Paupertas igitur non excludit e sorte populi Dei. Nequit Deo placere ciuitas, quæ pauperes a gremio suo abijcit. Tertio, singulariter sunt Deo curæ pauperes Zijonis. Non solum autem pauperes, sed & cuiuscunq; generis miseri, afflicti & calamitosi. Quarto, & illud cogitandum est: *Saturabo pane*, inquit. Est igitur gratiæ, beneuolentiæ, & benedictionis diuinæ argumentum, quando pauperes in populo Dei pane saturantur. Quid ergo de illis dicendum, in quorum ciuitatibus pauperes in plateis ante ipsas diuitum ædes fame moriuntur.

Sacerdotes eius induam salute. Vide supra versu 9.

Ibi florere faciam cornu Davidis. Nobis, qui veritatem oraculorum Dei penitiùs ex eo, quod per Christum contigit Orbi, cognoscimus, obseruandæ sunt hæ metaphoricæ voces, *cornu* & *lucerna*, quomodo regno Christi competant. In *cornu*, robur: in *lucerna*, lucis perpetuæ conseruatio signatur. Vtrunque in Christo coniungitur. Regnum illius robur habet aduersum hostes, satanam, Mundū, peccatum & mortem, vt necesse sit inimicos eius adobruere confusione. Habet & lucis veræ ac celestis conseruationem, non humanitūs, sed diuinitūs paratam, per quam, in tenebris lucentem, mentes mortalium illuminantur. Habet & *diadema*: id est, coronam regni, non arefactum, sed floridū in sempiternum: quæ omnia in carnali Israële euauerunt. Igitur oraculi huius veritas in solo Christo perstat, cuius regni non est finis. Sic Angelus dicebat: *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris sui, & regnabit in Domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Externum illud Davidis regnum erat ex hoc Mundo, erat terrenum, ideoq; & temporarium, & non æternum. Verum regnum Christi, quoniam non ex hoc Mundo, sed cœleste est, æternum sit oportet.

PSALMVS CXXXIII.

CANTICVM GRADVVM DAVIDIS.

Habet hic Psalmus encomium concordiæ fraternæ.

VERS. I.



*F*CE quàm bonum & quàm iucundum, quod fratres simul habitant.

2. *Sicut unguentum illud bonum, quod capiti infusum defluebat in barbam, barbam Aaronis: quod defluebat in oras vestimentorum eius.*

3. *Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Zijonis, quoniam illic mandauit Dominus benedictionem vitæ vsque in seculum.*

LECTIO

Satis concordant omnia, nisi quod illud in versu 2. *Quod capiti infusum defluebat, &c.* ab alijs sic legitur: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, &c.* Et illud in 3. versu: *Qui descendit super montes Zijonis*: vulg Lat. legit: *Qui descendit in montem Sion*: cum sit in Ebr. *בְּהַר צִיּוֹן*: id est, *In montes, vel montana Zijonis*. Deniq; & illud, *Benedictionem vitæ*, & in Ebræo distinctum est, & ab alijs omnibus propter eam distinctionem legitur separatim, ad hunc modum: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, vitam in seculum.* Verum facilè patet cordato lectori, legendum esse coniunctim, *Benedictionem, vel vitam, vel viuientium.*

EXPLA.
NATIO.

Quò respexerit Dauid, cum hunc Psalmum componeret, non potest certò colligi. Nec Ebræi certam

terram tenent sententiam qui magister
Ere quam bonum
& obseruabili, bo
nam est & iucundum
Nam hac vocul
veritatem m
habitationum de
difficiliem ha
Sicut unguentum illu
sum sumptum e
Leuit. 8. H
roque & iucundum
est, maiorib
itate, populum
vnguentum illu
delicet, & oras ve
gnum declarauit.
Sicut ros Hermon. J
Huius vilitat
Hermon & alios, co
pitas, sed pluuia &
delertim in locis m
Sicut ros Hermon: id est
relige illi vicinos
concordia fraternæ.
Sicut ros Hermon: id est
herondans & prosp
torem vitæ mand
Ere quam bonum, &
conueniebat nos si
mon, & in vitas v
politicum, ac socie ta
la partium ac differ
roborea, quod no
rebat habuit. Erg
tas sancti, qua relic
Deinde obserua
quod, & quom iucund
talem hominem
non habuit fratres in
bus. Verum sic not
conspit. Imò pro
tam piam, sanctum
namus, & contrariu
torem habet nocur
de fraternæ vilitas
ritarium videtur, cū
vitalique sensus, & v
torem necessitas.
Sicut unguentum illu
merito comparat. I
tur Deinde, quod ill
vilitandū & recti
bus ac fragrantius v
ludat, discordia su
ritiam fraternam e
torem sacerdos co
tam. Quarto & illud
pessum illud bonum, q
ue. Pulchre hoc simi
dus ad inferiora n
dud ad inferiores d
vires peltem Eccle
Sicut ros Hermon. J
tam rori cœlesti.